[redimendi liberam] facultatem. Porro, si predictus dominus et socer noster Karissimus medio tempore viam carnis ingress[us fuerit, predicta] quelibet in suis menbris et articulis domine *Elene* coniugi sue ac ipsorum heredibus, fide data [coram serenissimo] domino nostro Rudolfo Romanorum Rege et Inclito Principe domino Lodwico Comite Palatino Re[ni, duce Bavar]ie, tenebimur obseruare. Et vt hec rata permaneant, presens instrumentum conscribi nostrique sigilli [munimine f]ecimus communiri. Testes svnt: H. Marchio de Hahperch, R. de sparenegge, ... de Mer[kin]gen, Walterus de segendorf et alii quam plures. Datum et Actum *Wie[nne]*, Anno domini M. CC. LXXX., proxima feria quarta ante diem Palmarum.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive.

Die Schrift hat zum Theil durch Wasserflecke sehr gelitten und ist an den eingeklammerten Stellen durch spätere Hand erneuert.

*) *Ducksbach* im Königl. Bair. Landger. Neustadt a. d. Aisch.

CCXXIV.

Burggraf Friedrich III. von Nürnberg, als Kaiserlicher Schiedsrichter zwischen dem Landgrafen von Leuchtenberg und Kloster Waldsassen.

17. April 1280.

Rvdolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Nouerint vniuersi, quod honorabiles viri abbas et conuentus Monasterii de Waltsaxen, cisterciensis ordinis, necnon Nobilis vir Gebehardus Lantgrauius de Luckenberg, in nostra et illustrium L. et H. fratrum ducum Bawarie, principum nostrorum, presencia constituti, super omnibus questionibus atque dampnis, que inter ipsos vertuntur, tale fedus concordie consensu spontaneo iniuerunt, quod idem Lantgrauius predicto abbati et suo conuentui omnia dampna et singula per se vel per suos post patris sui decessum illata, iuxta quod nobiles viri *F. Burgrauius de Nurenberg*, et *de Sluzelberg gener suus*, fideles nostri dilecti, fuerint arbitrati, plene restituet et refundet, nec deinceps ipsos alicujus molestacionis incommodo perturbabit, vel perturbari per suos aliqualiter pacietur, ad quod fide prestita se adstrinxit. Si vero idem, quod absit, Lantgrauius ab huiusmodi pacto seu conuencione recesserit, et predictis ablata non restituerit et eos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perturbauerit quoquo modo, Extunc nos et predictus H. Dux Bawarie predictis fratribus contra sepedictum Lantgrauium in iure suo defensionem prestabimus et iuuamen, et nichilominus cassa erit omnis conuencio hinc inde habita, et manebit eisdem contra prefatum Lantgrauium questio sua salua, in qua ipsis vna cum dicto Duce Henrico, qui ad hoc se nobis manuali fide prestita se astrinxit, cooperabimus, et gratum volumus volumus (sic!) patrocinium impertiri. In cujus testimonium, maiestatis nostre sigillum presentibus est appensum. Datum *Wienne*, XV. Kalendas Maji, Indictione VIII., Anno domini M. CC. LXXX., Regni vero nostri Anno VII.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive.

CCXXV.

1. Juli 1280.

König Rudolf bestätigt den in seiner Gegenwart, in placito generali, ergangenen Rechtsspruch: dass Mynozla, die Wittwe Hadmars von Falkenberg, befugt sei, ihren Töchtern 30 Pfund Einkünfte und ein Haus zu Krems anzuweisen. *Richter* waren: Bischof Conrad von Chiemsee, *Burggraf Friedrich von Nürnberg*, Graf Eberhard von Katzenellenbogen u. a. m.

Datum *Wienne*, Cal. Julii, anno 1280.

Lichnowsky Gesch. d. H. Habsburg, Th. III, Urk. p. CCCXIV.

CCXXVI.

21. Juli 1280.

Lutoldi et Heinrici de Chunringen literae reversales super castro Ried, ipsis a Rudolfo Romanorum Rege in feodum concesso.

Testes: Illustris vir Albertus dux Saxoniae, Comes Albertus Romanorum regis primogenitus, Comes Hartmannus Regis filius; Dom. Rudolfus Cancellarius, Gotfridus prothonotarius; vir spectabilis Dom. *Fridericus Purchravius de Nivrnberch*, Comes Eberhardus de Chatzenellenbogen, Dominus Hugo et Dom. Rudolfus Comites de Monte forti, Dom. Fridericus Comes de Fürstenberch; Ministeriales Austriae Dom. Otto de Haslawe, Otto de Perchtoldstorf et alii.

Datum *Vienne*, anno 1280, XII. Cal. Aug.

Original im K. K. Haus- und Staatsarchive zu Wien.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CCXXVII.

18. August 1280.

Ludwicus Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie monasterio Ensdorfensi tradit jus patronatus ecclesie in Vilshoven, una cum jure advocatie.

Testes: Dominus Vlricus Decanus, Ortlibus de Seiriching archidiaconus, — — — Canonici Ratisponenses, Perchtoldus de Witolshouen archidiaconus augustensis; Laici vero *Fridericus Purchgrauius de núrnberch*, Fridericus Langrauius de leukenberge et Fridericus filius suus, Gebhardus Langrauius junior de leukenberge, Eberhardus et Vlricus de Sluzzelberch et alii quam plures.

Datum et Actum anno 1280, XV. Kalendas Septembris.

Original im Königl. Bairischen Reichsarchive.

CCXXVIII.

31. August 1280.

Rudolphus Romanorum rex claustrum sanctimonialium in oppido suo Tulna erigit et dotat.

Testes: Illustres Ludovicus Dux Bavarie, Comes Palatinus Rheni, Albertus Dux Saxonie, Otto Dux Bavarie — —; Spectabiles *Fridericus Burgrafius de Niernberg*, Albertus et Hartmannus de Habesburg, filii Regis, Eberhardus de Kazenellenbogen, Albertus et Burckhardus fratres de Hochenberg etc.

Datum *Vienne*, pridie Kal. Septembris, anno 1280.

Herrgott Monum. Austr. T. I. p. 214 Nr. 12 und T. III. P. I. p. 1. Nr. 1.

CCXXIX.

18. October 1280.

Rudolphus Rom. Rex Ecclesiam in Hasle Monasterio Interlacensi incorporat.

Testes: Venerabiles H. Basiliensis, H. Tridentinus et Ch. Chymensis Episcopi; illustres Lud. Com. Palat. Rheni Dux Bavariae et Al. Dux Saxoniae; honorabiles R. Curiae reg. Cancellarius, H. Praepositus Frisingensis — —; spectabiles viri M. Tyrolensis, *Fr. Burgravius de Nurenberg*, E. de Catzenellenbogen, E. de Habsburg, A. et B. de Hohenberg, Comites, et alii quam plures.

Datum in castris ante *Brodam* (Deutschbrod), XV. Cal. Novbr., anno 1280.

Solothurner Wochenblatt, Jahrgang 1828, S. 388 fg.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf